& incorruptam, ad extractionem usq; con-
ſervet, ſuperfunditur: &, ne calor cum ſuo
humido exſpiret, vas Hermeticè claudi-
tur: poſtea in ventrem equinum, aut ejus vi-
carium, ponitur, ejusque calor ad tempus
præfixum conſervatur.

a ſcilicet B. M.

Vulgo abominabile nomẽ putrefactionis eſt. Macera-tio.
*Sed Philoſopho vero grata ineſt voluptas; cau-
ſas rerum gerendarũ ſcrutanti intuentiq́3. Itaq;
non oportet Chymiæ initiatum tædio affici; ſi
quando de putreſcentibus quoq3 ſermocinantẽ* Putrefa-ctio.
artificem auſcultamus. ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς
ἐνεστί τι θαυμαστὸν. *Principiò tyrones admo-
nendi ſunt, ne decipiantur* ἀκυρολογίᾳ *& ca-
tachreſi autorum, qui ſæpe putrefactionem no-
minant, cum intelligunt macerationem vel di-
geſtionem; cùm tamen digeſtio propriè reſpectu
generationis accipiatur, putrefactio autẽ reſpe-
ctu corruptionis, ut cujus finis eſt ſolutio unito-
rũ miſtione naturali. Digeſtionis finis eſt apti-
tudo ſeu diſpoſitio ad miſti generationem. Nec* Menſtrua quid.
*propterea pugnandum cum ipſo judicamus, qui
digeſtionem vocat putrefactionem, quia quod-
que commiſtum ſuo apparet ordine, oleoſa &
aërea innatant, terrea petunt fundum. Hic
autem ſingulariter & individuè rem quamvis
putrefaciendam indicare; artis non eſt. Qua-*

propter